



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De ordinum distinctione. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

sed propter malitiæ effectum: de quibus pelli dicuntur, cum nocere nou sinuntur.

DE ORDINVM DISTINCTIONE,

Qui & quot sint.

DISTINCT. IX.

A

POST prædicta superest cognoscere de ordinibus angelorum, quid scriptura tradat. Quæ in pluribus locis nou esse ordines angelorum promulgat, scilicet, angelos, archangelos, principatus, potestates, virtutes, dominationes, thronos, cherubin & seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus tria ternæ esse, & in singulis tres ordines, vt Trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. Vnde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens, Sunt n. tres superiores, tres inferiores, tres medii. Superiores, seraphin, cherubin, throni: medii, dominationes, principatus, & potestates. Inferiores, virtutes, archangeli, angeli.

Greg. hom. 34. in euang. Luc. 15.

Lib. 1. de ca. lest. hier. cap. 6.

Quid appelletur ordo, & qua sit ratio nominis cuiusque.

B

Hic considerandum est, quid appelletur ordo: Deinde, vtrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo autem dicitur multitudo cælestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ simulantur, sicut in naturalium datorum munere cõueniunt. Vt v. g. Seraphin dicuntur qui præ aliis ardent charitate. Seraphin n. interpretatur ardens vel succendens. Cherubin, qui præ aliis in scientia eminent. Cherubin n. interpretatur plenitudo scientiæ. Thronus dicitur sedes. Throni autem vocantur (vt beatus Gregorius ait) qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis sedeat Deus, & per eos iudicia decernat atq; informet. Dominationes verò vocantur, qui principatus & potestates transcendunt. Principatus dicuntur, qui sibi subiectis, quæ sunt agenda disponunt, eisq; ad explenda

Gregor. ad med. h. mil. 34. in euang. Luc. 15.

X 5 diui-